



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Panarion, Hoc Est, Arca Medica Variis Diuinæ Scriptvræ
priscorumq[ue] Patrvm Antidotis aduersus Animi morbos
instructa**

Busaeus, Johannes

Moguntiae, 1608

H.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54834)

ex Philone. Quam frugalitatem secuta cum S. Antonio, & S. Hilarione, per aliquot secula multæ eremitarum myriades. Paulus primus eremita dactilis initio, post dimidiato pane per coruū quotidie diuinitus misso, semel autem integro cum hospite S. Antonio vixit, vt habet in eius vita Hieronymus, qui & asserit in epist. ad Eustochium, pro luxuria reputa- Hier. ep. 22.
tum, si monachus costum aliquid comederet. **CASSIANVS** ex senten- Cass. l. 2. coll. c.
tia Abbatis Moysis dicit refectionem ordinariam monachorum à se- 19.
nioribus statutum duo paximatia, id est, duos paruulos panes, quos, in-
quit, *vix libra vnus pondus habere certissimum est.* Denique quanta in parsi-
monia multi alii extra eremum, & cœnobita vixerint, ostendunt vitæ
sanctorum.

VIDE V. *Amor sui. Chorea. Ebrietas. Luxuria, Voluptas carnis.*



H

HÆRESIS.

Remedia contra hæresin.

PRIMUM Remedium. Considera, quid de crimine hære-
seos, hereticisq; diuina oracula pronuncient. Hæresin sane
inter manifesta lethalia crimina, quæ nos regno cœlorum
arceant, annumerant. *Manifesta, inquit Apostolus, sunt opera Gal. 5.
carnis, quæ sunt fornicatio, &c. rixæ, dissensiones, hæreses, inuidiæ, &c. & his similia,
quæ prædico vobis, sicut & prædixi, quoniã, qui hæc agunt, regnũ Dei nõ possidebunt.*
Vnde B. Petrus, hæreses vocat, *sectas perditionis*, quia hæretici sua doctrina 2. Pet. 2.
se aliosq; in æternũ perdunt. 2. Christus Saluator vocat hæreticos *falsos* Math. 7.
Prophetas, *lupos rapaces, pseudochristos, fures & latrones.* B. Paulus verò *pseudoapo-* Math. 24.
stolos, operarios subdolos, homines seipso amantes, cupidos, elatos, blasphemos, sceleratos, Ioan. 10.
sine affectione, proditores, proteruos, voluptatum amatores magis quã Dei, proprio in- 2. Cor. 11.
di. id condẽnatos. S. Petrus, *pseudopphetas, magistros mendaces, seruos corruptionis,* 1. Tim. 3.
indoctos & instabiles. S. Iohannes, *Antichristos & seductores.* B. Iudas, *nubes sine* 1. Pet. 2.
*1. Ioh. 2.
2. Ioh.*
*1. Ioh. 2.
2. Ioh.*
aqua, arbores auteminales, infructuosas, bis mortuas, fluctus feri maris, dissipantes
sua confusiones, sydera errantia, quibus procella tenebrarum seruata est in æternum.
oracula diuina tradunt fidem, quæ contraria est hæresi, necessariã esse
P 3. ad salu-

Heb. 11. 6.

ad salutē. *Sine fide impossibile est, inquit Apostolus, placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquit, entibus se remunerator est.*

Ign. in ep. 5.
Cyprian. in iustio.
Ioan. 8. 44.

II. REMED. Considera SS. Patrum dicta. Primò enim diabolus faciunt parentem auctoremque hæresum vt B. Ignatius ad Trallianos, & Cyprianus de vnitæ Ecclesiæ; nec iniuria, quia teste Saluatore, diabolus ab initio fuit mendax & pater mendacij. quid enim aliud est hæresis, nisi mendax & fallax doctrina? 2. matrem hæresum aiunt esse superbiam.

Tertul. de præscript.
Hier. in cap. 1.
Abdiz.
Aug. c. 8.

Omnes, hæretici, inquit Tertullianus, tument, omnes scientiam pollicentur. Et Hieronymus in Abdiam. Quis hæreticorum non in superbiam expollitur? Deinde Augustinus libro de Pastoribus. Diversis locis, inquit, sunt diuersa, sed vna mater superbia omnes hæreses genuit, sicut vna mater nostra Catholica omnes Christianos fideles toto orbe diuisos. 3. negant appellandos Christianos. Vt Ignatius, Cyprianus locis citatis & Hieron. contra Luciferianos. Si enim hæretici sunt, inquit Tertullianus de præscript. Christiani esse non possunt. Et

Aug. c. 5.

B. AVGVSTINVS in Enchirid. *Si diligenter, quæ ad Christum pertinent, cogitentur, nomine tenus inuenitur Christus apud quoslibet hæreticos, qui se Christianos vocari volunt, re verò ipsa non est apud eos. 4. conferunt idololatriis, vt Tertull.*

Tertul. de præscript.
Orig. hom. 11. in
Ierem.
Hieron. in c. 9.
Amb. serm. 92.
Hier. in c. 15.

Origenes, Irenæus, imò faciunt deteriores idololatriis, vt Hieron. in Ezech. Imò & Iudæis vt Ambrosius in sermonibus, atque ad eò ipso diabolo, vt idem libro tertio de fide. Hæretici, addit Hieron. in Isaiam, omnes viuunt impietate. 5. comparant eosdem foedissimis ferocissimisque bestiis. Ignat. ep. ad Smyrnæos canibus rabidis, serpentibus, basiliscis, & squamosis draconibus. B. Cypr. lupis & canibus. Ambrosius noctuis, & vulpibus, Hieronymus Scarabæis. Vincentius Lyrinensis ranis & muscis morituris, Augustinus cimicibus, qui, vt habet libro 4. in Iulianum. c. 9. dum viuunt mordent, mortui autem foetent.

Cypr. ep. 52.
Amb. serm. 43.
Aug. in Psal. 80.
Hier. in c. 1.
Abac.
Vincent. in
commonit.
Tit. 3. 10.

III. REMED. Abstine à colloquio & consuetudine hæreticorum. Id præscribit Apostolus Tito, licet Episcopo. *Hæreticum hominem post vnam & secundam correctionem deuita. sciens, quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus.* Dicitur autem proprio iudicio condemnatus, teste B. Hieronymo, propterea quod adulter, fornicator, homicida, & cætera vitia per Sacerdotes ab Ecclesia propelluntur. Hæretici autem in semetipsis sententiam ferunt arbitrio suo de Ecclesia recedentes, quæ recessio propria conscientia videtur esse damnatio. Et ad Timotheum. *Profana & inani loqui a deuita, multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer serpit. Deuita, inquit in*

Hieron.

suo commonitorio Lyrinensis, quasi viperam, quasi scorpionem, quasi basiliscum, ne te non solum tactu, sed etiam visu affectuque percutiant. Quid est profana? quæ nihil habent sacri, nihil religiosi, ab Ecclesia penetrabilibus, quæ est templum Dei penitus extranea. Similiter monet B. Ioannes in altera epistola. Si quis hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum nec AVE ei dixeritis. Qui enim dicit illi

1. Tim. 1. 16.

Vinc. Lyr.

7. 10.

AVE

*A*VE, communicat operibus eius malignis. In quæ verba idem Vincentius. Quam doctrinam nisi Catholicam & vniuersalem, & vnam eandem que per singulas ætatum successiones incorrupta veritatis traditione manentem, & vsque in secula sine fine mansuram? IDEM antidotum nobis præscripserunt Patres. Vt Cyprian. ep. 57. P R I A N V S in epist. ad Cornelium. Declinent fortiter & euitent dilectissimi fratres nostri verba & colloquia eorum, quorum sermo vt cancer serpit. Et infra. Nulla cum talibus commercia, nulla cõuuiua, nulla colloquia miscantur, simulque ab eis tam separati, quàm sunt illi ab Ecclesia profugi. A V G V S T I N V S in epistola 62. Hæreticum sicut vitandum monemus, ne infirmos, & paruulos fallat, ita non abnuimus quibuscumque modis possumus corrigendum. L E O sermone de passio. Leo serm. 18. ne Domini Vipera hæreticorum vitate colloquia, nihil vobis commune sit cum eis, qui solo sunt nomine Christiani. E X E M P L O quoque suo omnes sancti id declararunt. Ita de Apostolis testatur, eorumque discipulis B. I R E N Æ V S. Tantum, Iren. l. 3. c. 3. inquit, Apostoli & horum discipuli habuerunt timorem, vt neque verbo tenus communicarent alicui eorum, qui adulterauerant veritatẽ. Ioannes discipulus Domini in Epheso iens lauari, cum vidisset inuis Cerinthum exiliuit de balneo non lotus, dicens, quod timeat ne balneum concidat, cum intus esset Cerinthus inimicus veritatis. Et ipse Polycarpus Marcioni aliquando occurrẽti, & dicenti sibi, Cognosce nos, respondit, cognosce te primogenitum Satanae. De S. A N T O N I O eremita ita scribit Athanasius. Ma- Ath. in eius vita. nichais aut aliis hæreticis nunquam saltem amicabilia verba largitus est, denunciãns talium amicitiam atque sermones perditionem esse animæ. Sic etiam Arianos detestabatur vt omnibus diceret, ne iuxta quidem eos esse accedendum. Et ipse B. Antonius iam moniturus. Hæreticorum, inquit, & schismaticorum venena vitate, meumque circa eos odium sectamini. Scitis ipsi quod nullus mihi nec pacificus quidem sermo cum eis unquam fuerit. S. H I L A R I V S, quantum abhorruerit ab sui temporis hæreticis Arianis, non obscure declarat, cum ita scribit libro contra Auxentium. Chryf. Hier. lib. 4. Mibi non erit aliud quàm diabolus, quia Arianus est. S. H I E R O N Y M V S, quia summo odio prosequeretur hæreticos, ac vicissim summoperẽ exofus erat illis, ita scribit in Pelagianos. Fateor, me nunquam hæreticis pepercisse, & omni egisse studio, vt hostes Ecclesia meæ quoque hostes fierent.

IV. R E M E D I V M. Abstine & à librorum hæreticorum lectione, cum enim hæreses nil aliud sint, quam venenum pestis, lepra, vt S. Patres docent, Cyprianus, Theodoretus, Augustinus & Gregorius Magnus, certè & à librorum, in quibus venenum illud pestiferum continetur, abstinendum est tractatione. Vt solet, inquit Nazianzenus agens de libris hæreticis, lethale poculum mellis dulcedine temperatum suauitate fallente perire, sic & hoc malum per blandimenta aurium audientium sensus quadam labe contaminans, contagione adherentes inficit. Quare Kaias Abbas oratione. 4. Est in tom. 2. bibl. SS. PP. Marg. monachis suis inter cetera præcipit his verbis. Si librum inueneris, qui dicitur esse hæreticorum, caue illum leges, ne veneno mortifero cor tuum impleat.

sed

Apud Sur.

Prat. 46.

sed in ea doctrina, quam in Ecclesia sancta didicisti ita persiste, ut ei nihil addas, nihil detrahas. B. EPHRAEM, ut est in eius vita, duos pestilentes Apollinaris hæretici libros, cum à femina quadam mutuo accepisset, ita singula folia conglutinavit, ut nunquam vsui cuiquam esse possent, ratus optimè se ea ratione de Ecclesia Catholica mereri. In PRATO Spirituali Sophronii tale narratur exemplum. Abbas Cyriacus presbyter Lauræ Calamonis narrauit nobis dicens. Die quadam vidi per somnum mulierem honesta facie purpura indutam, et cum ea viros duos habitu venerando, et aspectu præclaro. Arbitratus autem sum mulierem illam esse dominam nostram Dei genitricem, eosque qui cum illa erant viros, S. Ioannem Baptistam, et S. Ioannem Theologum et Euangelistam. Egressusque de cellula orabam illam ut ingrederetur: que non consensit. Permanserit ergo diuinius obserans, ac dicens. Ne quaeso auertatur humilis factus confusus, et alia plura huiusmodi. Illa igitur, ut me vidit instare precibus, seuerius mihi respondit dicens. Habes intra cellam tuam inimicum meum, et vis ut ingrediar? Et his dictis abscessit. Enigilans autem ego affligi cœpi, et cogitabam, num peccatum aliquod mente contra illam admissem, nullus enim erat alius in cella. Nihil autem peccati inueniens, nimio more absorptus surrexi, arripuique librum ut lectione mororem leuarem, quem mutuo ab Isichio Hierosolymitana Ecclesia presbytero acceperam. Euoluensque librum inveni duos impij Nestorij libros in fine voluminis scriptos, mox que agnovi hunc esse Dominam nostram B. Mariam inimicum. Tunc surgens abij, librumque Isichio reddidi, dicens me plus detrimenti, quam utilitatis ex eo reportasse. Cum verò causam ille sciscitaretur, omnem rei ordinem illi retuli. Qui zelo Dei succensus protinus illos duos Nestorij libros ex volumine præcidit, et igni tradidit, dicens. Non manebit in cella mea Dominam nostram sanctam Dei genitricis semper que virginis Mariae inimicus.

Aug. ep. 16.

V. R E M E D. est humilitas, si enim hæresum mater est superbia, ut dictum est, necesse est ut humilitate eam à nobis arceamus. Hoc remediū pro amplectenda fide Catholica B. Augustinus dedit Diofcoro his verbis. Non aliam tibi ad capeffendam et obtinendam veritatem viam munias, quam quam munita est ab illo, qui gressuum nostrorum tanquam Deus videt infirmitatem. Ea est autem prima humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas: et quoties interrogatus hoc diceret: non quo alia non sint præcepta, que dicantur, sed nisi humilitas omnia quecumque benefacimus, et præcesserit, et comiteretur, et consecuta fuerit, et proposita, que intueamur, et apposita cui adhareamus, et inposita, que reprimamur, iam nobis de aliquo bono facto gaudere tibus totū extorquet de manu superbia: vitia quippe cetera in peccatis; superbia verò etiam in rectè factis timenda est, ne illa que laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur. Itaque, sicut Rhetor ille nobis iustissimus, cum interrogatus esset quid ei primū videretur in eloquentia præceptis obseruari oportere, pronuntiationem dicitur respondisse; cum quaereretur, quid secundo, eandem pronuntiationem: quid tertio, nihil aliud quam pronuntiationem dixisse. sic si interrogares, et quoties interrogares de præceptis Christiana religionis, nihil me aliud respondere nisi humilitatem.

tom liberet et si forte alia dicere necessitas cogeret. Cur autem hoc antidotū contra hæresin sit necessarium ex duplici capite liquet. Primo ex parte fidei Catholicæ. hæreticus siquidem ille dicitur, qui rectam fidem deseruit: at recta fides haberi nequit sine humilitate, qua in captiuitatem, vt loquitur Apostolus, redigatur intellectus. *Fides enim est substantia*, teste eodem, vel fundamentum rerum sperandarum, argumentū non apparentium. Vnde B. Augustinus in Ioannem. *Quid est fides, inquit, nisi credere quod non vides?* Credimus enim altissima mysteria vt S. Trinitatis, Incarnationis, Eucharistiæ, Resurrectionis mortuorum & alia, licet ea non videamus, aut intelligamus. Secundò ex parte Catholicæ Ecclesiæ, quæ est mater nostra, & magistra fidei. *Non enim potest Deum habere Patrem, qui Ecclesiam noluerit habere matrem*, inquit B. Cyprianus. Et Augustinus. *Euangelio non crederem, nisi me Ecclesia commoueret auctoritas*. At hæreticus is dicitur, qui renuit audire Ecclesiam, eiusque caput Pontificem Romanum, & Patres omnes, qui sunt eius corpus, plurisq; facit sui cerebri in explanandis scripturis commenta, quam totam antiquitatem. Quomodo autem talis adduci poterit, vt iudicium suum subiiciat summo Pontifici, Conciliis, S. Patribus, sine antidoto magnæ humilitatis?

VI. REMEDIUM est ORATIO, vel diuini auxilii inuocatio. Est eiusdem S. AVGVSTINI qui confitetur se hoc antidoto tandem è tenebris sectæ Manichæorum emeruisse. Sic enim scribit in libro de utilitate credendi. *Magnam deliberationem iam in Italia constitutus habui, non utrum manerem in illa secta, in quam me inci disse penitebat, sed quonam modo verum inueniendum esset*. Et paulo post. *Sapè mihi videbatur nõ posse inueniri, magni q; fluctus cogitationum meorum in Academicorum suffragium ferebantur. Sapè rursus intuens, quantum poteram, mentem humanam tam viuacem, tam sagacem, tam perspicacem non putabam latere veritatem, nisi quod in ea querendi modus lateret, eundemq; ipsum modum, ab aliqua diuina auctoritate esse sumendum. Restabat querere, quanam esset illa auctoritas, cū in tantis dissonantibus se quisq; illam traditurū polliceretur. Occurrebat igitur inexplicabilis sylua, cui demum inferi multum pigebat. Restabat autem ALIUD nihil in tantis periculis, quam vt diuinam providentiã lachrymosis & miserabilibus vocibus, vt opem mihi ferret, deprecarer. Atq; id sedulo faciebam. Qua autem occasione & via ad preces & lacrymas peruenerit prolixè narrat ipse libro Confessionum octauo sub finem, actandem cap. 12. Ego, inquit, sub quadã sic arbore stravi me, nescio quomodo, & dimisi habenas lachrymas, & proruperunt sumina oculorum meorum, acceptabile sacrificiū tuum. Et non quidem his verbis, sed in hac sententia multa dixi tibi. Et tu Domine vsque quò? Vsque quo Domine irasceris in fine me? Ne memor fueris iniquitatum nostrarum antiquarum. Sentiebam enim me ab eis teneri, & iactabã voces miserabiles? Quamdiu, quamdiu, cras & cras. Quare non modo, quare non hac hora finis turpitudinis mea? Et ecce audio vocem de vi-*

Rom. 1. 15.

cina domo cum cantu decantis, tolle lege. Aperuit ergo codicem Apostoli, legit quæ primò occurrerunt verba. Non in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus, &c. Nec ultra, addit, *volui legere, nec opus erat. Sciam quippe cum sine huiusce sententiæ quasi luce securitatis infusa cordi meo omnes dubitationis tenebra diffugerunt.* Conuersionem deinde suam per litteras patefecit S. AMBROSIO, à quo & baptizatus est.

Matth. 16. 18.
1. Tim. 3. 16.

VII. REMED. Non aliud crede, quàm quod Ecclesia Catholica credit & credendum esse præcipit, rationemq; eius & causam redde, quod Spiritus S. in sacris litteris doceat eam non posse errare vel deficere. Nàm apud Matthæum Christus promisit B. Petro ne inferi quidè portas præualituras contra Ecclesiã super ipsum ædificandam. Et B. Paulus clarè testatur Ecclesiam esse columnã & firmamentum veritatis. Nec heretici id negare possunt, nisi verbum Dei evertant. Vnde LUTHERVS in epistola contra Ioannem Wurst docuit Ecclesiam nõ posse mendacia & errores docere, ne quidem in vno articulo: Si enim vel vnum mendacium in ea deprehendatur, totã fore falsam. Oecolampadius in Isaia. pag. 37. 285; & 286. *solam in luce versari, Spiritumq; sanctum semper habere præsentem, & non errare.* Calvinus in Ps. 102. v. 19. & Psal. 22. v. 31. 32. & Petrus Martyr. in locis commun. 437. eã variis modis seruari, perpetuam & inuictam esse. Nec dicere possunt hæretici apud se esse illam Catholicam Ecclesiam: quia, vt monet VINCENTIIVS Lyrinensis. In ipsa Catholica Ecclesia magnopere curandũ est, vt id teneamus, quod vbiq; quod semper, q; ab omnibus creditum est. Hoc est etenim verè proprièq; Catholicum, q; ipsa vbi nominis ratioq; declarat, quæ omnia verè vniuersaliter comprehendit: Sed hoc ita demum fit: si sequamur vniuersitatem, antiquitatem, consensionem. Sequemur autè vniuersitatem hoc modo, si hanc vnã fidem verè esse fateamur, quam tota per orbem terrarum constitetur Ecclesia. Antiquitatè verò ita, si ab his nullatenus recedamus sensibus, quos sanctos maiores ac Patres nostros celebraffe manifestũ est. Consensionè quoque itidem, si in ipsa vetustate omnium vel certè penè omnium Sacerdotum pariter & Magistrorũ definitiones, sententiasq; sectemur. Et B. AVG., secundũ hanc expolitionè dicit se in Catholicæ Ecclesiæ gremio teneri. *Multa, inquit, sunt quæ in eius gremio me iustissimè teneant. Tenet consensio populorũ atq; gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, sse nutrita, caritate aucta, vetustate firmata. Tenet ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas post resurrectionè Dominus commendauit vsq; ad præsentem Episcopatũ successio Sacerdotum. Tenet postremò ipsum Catholice nomen, quod nõ sine causa inter tam multas hæreses sic ista Ecclesia sola obtinuit, vt eũ omnes hæretici Catholicos se dici velint: quærenti tamè peregrino alicui, vbi ad Catholicam conueniatur, nullus hæreticorũ, vel basilicam suam, vel domum audeat offendere.*

Lyrin. in com.
quon. c. 3.Aug. con. ep.
Mau. c. 4.

VIII. REM. In magna veneratione habeas omnes sacros ritus & ceremonias, consuetudines, & præcepta Catholice Ecclesiæ. Quod. n. fal præstat carnibus, vagina gladio, cortex arbori, & folia fructibus, hoc cærimonia

rimoniæ religioni Catholicæ; declarant enim non solū illam, sed etiam fouent, nutriunt, augent & cōfirmant. Vnde B. Augustinus lib. 19. cōtra Aug. c. 19. Faustū Manichæum, meritō scripsit absq; externis cærimoniis impossibile esse seruare religionē. Accedit, q̄ rudibus & imperitis vicē subeant scripturę & picturę. Sepeq; ex vna cærimonia Ecclesię intelligūt magnū aliquod mysteriū, q̄ vix p̄bari possit. Nā August. lib. 1. de peccatorū me- Aug. c. 34. ritis & remissione p̄bat necessariō cōfitendū peccatū originale, (esto q̄ nullū testimoniū suppeteret ex scripturis) ex eo solū, q̄ paruuli exorcizātur, & insufflantur ante baptismū, & iubentur per ora gestantium renūciare diabolo & pompis eius. Si. n. nulli obnoxii sint peccato, nō dominatur eis diabolus, nec egent insufflatione. Deinde per eas Catholici ab hæreticis distinguūtur. Cærimoniæ siquidē sunt quasi symbola militaria quibus castra sanctorū discernūtur ab agminibus dæmonū. Vnde Ecclesia statim initio mutauit Sabbathū in diē Dominicum, ne cū Iudęis cōueniret, & postea noluit Pascha celebrari 14. luna mensis primi, ne, vt habet Eusebius libr. 5. hist. Ecclesiast. Iudæizare videremur. Atq; olim Euf. c. 23. sancti maluerūt quęlibet aduersa tolerare, quā symbola religionis abūicere, ne viderētur religionis desertores. Sic. n. Eleazarus in secūdo Machabæorū maluit crudeliter occidi, q̄ si mulare se edisse suillam, dicebat enim, si id faceret, oēs arbitratos se deseruisse Hebræorū religionē, cuius exemplū secuti sunt septē Machabęi fratres. Et Tertullianus in libro de corona militis cōmemorat quēdā Christianum militē maluisse innumeris suppliciis affici, quā cum cæteris laurea coronari, eo q̄ tunc cærimonia erat Christianorū, non coronari laurea, ne idololatrę iudicaretur. Sic hoc tempore apertē colligimus aliquē esse Calvinistā, si nolit se cruce consignare, aut ad nomen Iesū pronūciatum caput aperire.

IX. REMED. Si non potes effugere vel disputationem, vel collationem de rebus fidei cum hæretico, (cui tamen te doctrina inferiorē non esse existimas) primū ab eo percōtare, vnde sua argumenta velit depromere contra fidem Catholicam. Si respondeat, vt solent, ex scripturis diuinis. opponē illi nullam vel incertā ex scripturis sperari victoriā, nisi prius constet, vtri sint possessores scripturę, illi an nos, & vbi sit vera fides & potestas exponendi scripturas. Ita tradit Tert. c. 18. TERTULL. libro de præscriptionibus. *Non, inquit, ad scripturas prouocandum est, nec in his consistendū certamen, in quibus aut nulla aut incerta victoria est. Nā etsi nō ita euaderet conlatio scripturarū, vt vtrāq; partē parē sisteret, ordo rerū desiderabat illud prius proponi, q̄ nunc solū disputandum est. Quibus competat fides ipsa, cuius sint scripturę. A quo, & per quos, & quādo & quibus sit tradita disciplina, quā fiunt Christiani. Vbi enim appauerit esse veritatem disciplina & fidei Christianę illic erit veritas scripturarum & expositionū & omnium traditionum Christianarum.* SECUNDO nulla & incerta

Hil. lib. 2. de
Trin.

Aug. ep. 222.

Lyrin. c. 2.

Aug. c. 33.

Id. c. 39.

Luc. 24. 16.

est ex scripturis pugna, nisi cōstet de vero sensu & intelligentia scripturæ. *De intelligentia enim hæresis, nõ de scriptura est, inquit Hilarius. Sensus & non sermo fit crimen.* Et Hieron. in epist. ad Galatas. *Non putemus in verbis scripturarum esse Evangelium, sed in sensu: non in superficie sed in medulla, non in sermonu solum, sed in radice rationis.* Deinde AUGUSTINVS epist. ad Consentium. *Intellectum, inquit, valde ama; quia & ipsa scriptura sancta, quæ magnarum rerum ante intelligentiam suadent fidem, nisi eas rectè intelligas, vtilis tibi esse non possunt. Omnes enim hæretici, qui eas in auctoritate recipiunt, ipsas sibi videntur sectari, cum suos potius sectentur errores, ac per hoc, non quod eas contemnant, sed quod non intelligent hæretici sunt.* Vnde autem veram intelligentiã hauriemus, ab ipsis nuper natis Lutheranis & Calvinianis, an ab Ecclesia Catholica, quæ ante multa secula fuit? Non ab ipsis. *Quia ipsi, ut habet S. Vincentius Lyrinensis, scripturam sacram, pro ipsa sua altitudine nõ vno eodemq; sensu vniuersi accipiunt, sed eiusdem eloquia aliter atque aliter, alius atq; alius interpretatur, ut penè quot homines sunt, tot illis sententiæ erui posse videantur. Aliter namque illam Nouatianus aliter Photinus, aliter Sabellius intelligit. Aliter Lutherus, aliter Calvinus, aliter Suenckfeldius. Nec valet exceptio, illam non à se petendam, sed à collatione ipsarum scripturarum. Atqui alia collatione, v. c. de verbis Christi, Hoc est corpus meum, utuntur Calviniani; alia Lutherani ad astruendam suam hæresin. Nullum ergò ad veram intelligentiam assequendam superest refugium, nisi ad Ecclesiam Catholicam, quàm scripturæ commendat, autoritas. ut sapiētissimè monuit Augustinus. Quoniam, inquit libro 1. cõtra Cresconium, sancta Scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit huius obscuritate quæstionis, eandem Ecclesiam de illa consulat, quæ sine ulla ambiguitate sancta scriptura demonstrat. Cur autè potius Ecclesiæ Catholicæ (id est, expositioni omnium Patrum, quotquot post Christum fuerunt eorundemque collationi), quam collationi nouitiorum Prædicantiũ subscribere debeamus, clarè probat idem Augustinus in libro de vnitatē Ecclesiæ. Præo, inquit, si aliquis Sapiens extitisset, cui Dominus Iesus Christus testimoniũ perhibet, & de hac quæstione consuleretur à nobis, nullo modo dubitare deberemus id facere, quod ille dixisset, ne non tam ipsi, quàm Domino Iesu Christo, cuius testimoniõ commendabatur, repugnare iudicaremur. Perhibet autem testimoniũ Christus Ecclesiæ suæ: Ecce Evangelium, lege, vbi ait, Oportebat Christũ pati, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius penitentia & remissionem peccatorũ per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem. Quomodo ergò suscepit ista Ecclesia per omnes gentes incipientibus ab Hierusalẽ, remotis omnibus ambagibus & tergiversationibus, sic suscipiendus es. Quod si non vis, non mihi aut cuiquam hominum, qui vult ita suscipere, sed ipsi saluatori contra salutem tuam perniciosissimè reluctaris, qui te sic suscipiendum esse non vis credere, quem admodum suscipit illa Ecclesia quæ testimoniõ suo commendat ille, cui faceris nefarium esse non credere. Agit autem Augustinus contra*

tra Donatistas, qui contendebant hæreticos non esse suscipiendos sine anabaptismo, cum enim illi vrgerent, ex scriptura non posse probari esse ita suscipiendos, respondet Augustinus suscipi ex consuetudine Ecclesiæ, quam scriptura commendat. Nec aliter responderet de aliis omnibus quæ non sunt in scriptura. Vt quod Euangelium Matthæi sit verè Matthæi, quod vetus testamentum, & singuli eius libri sint verè verbum Dei, id enim non scimus nisi traditione Ecclesiæ, quam vt ducem & Magistram infallibilem nobis commendat scriptura. Vnde non dubitauit scribere idem Augustinus. *Euangelio non crederem, nisi me Ecclesia commoneret* Aug. con. episc. Manch. c. 5. *authoritas.* Primum ergò, vt omnes abscindantur quæstiones, quærendū est vbi sit vera Ecclesia & vera fides: ea enim inuenta, constabit quæ sint germanæ scripturæ, & quæ germana & vera expositio scripturarum, vt supra dicebat Tertullianus.

VIDE V. *Amor sui. Contentio. Curiositas. Iudicium proprium. Obsinatio. Superbia.*

HYPOCRISIS.

Remedia aduersus hypocrisin.

IREMEDIUM. Considera quid Spiritus sanctus in diuinis literis contra hypocritas, simulatores & dolosos homines enunciet. Primo enim arguit & vetat hypocrisin. Nam apud Isaiam ait. *Omnis hypocrita est & nequam.* Et apud Sapientem. *Ne fueris hypocrita in conspectu hominum.* Et Matthæum. *Hypocrita euice primum trabem de oculo tuo.* Et Lucam. *Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda vestra,* Et iterum. *Attendite à fermento Phariseorum, quod est hypocrisis.* 2. comminatur eis, & maledicit, vt apud Iob. *Spes hypocritæ peribit. Non ei placebit recordia sua, & sicut tela aranearum fulcra eius.* Et. *Simulatores & callidi prouocant iram Dei, neque clamabunt cum iniusti fuerint.* Et apud Dauidem. *Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus.* Et Salomonem. *Abominatio Domini est omnis illusor.* Et Ieremiam. *Pacem cum amico suo loquitur, & occultè ei ponit insidias. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus?* Et Malachiã. *Maledictus dolosus.* Certè apud Matthæum in solo capite 23. octo maledictiones fulminat Spiritus sanctus, vt I Chri- stus in hypocritas. 3. declarat eos iacturam facturos in vita & bonis temporalibus, vt apud B. Iob. *Congregatio hypocritæ sterilis.* Et. *Gaudium hypocritæ ad instar puncti.* Et apud Psalmistã. *Dolosi non dimidiabunt dies suos.* Et Sapientem. *Ingressus duas vias non habebit successus.* 4. docet facturos iacturam gratiæ diuinæ & vitæ æternæ. Vt apud Iob. *Non veniet in conspectum Dei omnis*

Isa. 9. 17.

Eccli. 1. 37.

Matth. 7. 5.

Luc. 16. 15.

Luc. 12. 1.

Iob. 8. 13.

Iob. 36. 13.

Psal. 5. 7.

Prou. 3. 32.

Ier. 9. 8.

Iob. 15. 34.

Iob. 20. 5.

Psal. 54. 14.

Iob. 13. 16.

Sap. 1.5.
Iob. 17.9.

Matth. 24. 51.

Cyp. serm. de
iciun.

Amb. ep. 44.

Lact. lib. 4. c. 17.

Bas. hom. 7.

Chryl. hom. 19.

Matth. 7. 15.

Id. hom. 45.

Aug. in Psal. 63.

Greg. lib. 8. c. 36.

hypocrita. Et apud Sapientem. Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum. Et. Quis est spes hypocrita, si auarè rapiat, & si liberet Deus animam eius. Numquid audiet Deus clamorem eius, cum venerit super eum angustia? Et apud Matthæum. Partem eius ponet cum hypocritis; illic erit fletus & stridor dentium.

II. REMED. Considera S. Patrum testimonia. B. CYPRIANVS. Tanta, inquit, est hypocritarum dementia ut fœtoribus pro odoribus abutantur, & pretiosa vilia, & aspera suauia arbitrentur, & fauorum sapor omnium dulcedinum superet condimenta, omnisq; delira sensualitas contrariis delectetur. S. AMBROSIVS libro 7. Epistolarum ad Constantium. Nemo etiam in dolo loquatur ad proximum suum. Laqueus est in labiis nostris, & sæpè vnusquisq; sermonibus suis nõ explicatur, sed inuoluitur. Fovea alta est os maleuoli, grande innocentiæ precipitiũ, sed manus maleuolentiæ. Innocens, dum credit facilè, cito labitur, sed tamen iste lapsus resurgit: maledictus autè suis artibus precipitatur, vnde nunquã exiliat, atq; euadat. Ponderet ergo vnusquisq; sermones suos non cum fraude & dolo. LACTANTIUS in libris institucionum Circumcisio instituta est à Deo, ut figura esset secundæ circumcissionis, qua nudatur pectus, ut significaret aperto & simplici corde debere nos viuere, ne ali quod facinus inter conscientie secreta velemus. S. BASIL. in Hexæmeron. Non silebo polypti dolos ac furacitatem. Is cuiuscunq; saxo adhaerit, illius colorem subit, atq; adeo ut piscium complures ad ipsum de improviso nantes, tanquã ad Saxũ appellat, paratamq; se prædam illi offerant. Tales sunt (hypocrita) qui sobrietatẽ cum sobriis laudant, intemperantes sunt cum intemperantibus, atq; ad id, quod cuiq; placet suam omnino sententiam vertunt. Quos euitare facile nemo potest, propterea quod pietatis prætextu prauitas eorum fucata & adornata profundè latet. S. CHRYS. in Matthæũ in imperfecto. Nulla res sic exterminat bonum, sicut simulatum bonum, nam manifestum malũ quasi malum fugitur & cauetur; malum autem sub specie boni coelatum, dum non cognoscitur, nec cauetur: sed quasi bonũ suscipitur. Sic serui diaboli tunc pessimè Christianitatẽ corrumpunt, quando se simulant Christianos, de quibus monet suos & nos Christus, Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, in trìnsecus autẽ sunt lupi rapaces. Quia magna virtus est hominũ cognoscere malum, & firma tutela salutis est scire quẽ fugias. Et rursũ in verba. vã vobis scribã & Pharisei hypocrite, q̃ similes estis sepulchris dealbatis. Corpora, inquit, peccatorum sepulcra dicuntur mortuorum, quia anima mortua est in corpore peccatoris. Sicut ergo sepulcrũ, quamdiu clausum est pulcrũ videtur foris; si vero fuerit apertũ, horribilè eff: & simulatores bonorum, quamdiu non cognoscuntur laudabiles sunt: cum autẽ cogniti fuerint, inueniuntur abominabiles. S. AVG. in Psalmos. Simulata innocentia nõ est innocentia, simulata equitas nõ est equitas, sed duplex iniquitas, quia & iniquitas est, & simulatio. S. GREG. in libris Moralium. Hypocrita operaturi, laudes suas cogitant: laudati autẽ secum taciti in cogitationibus versant. Gaudent se præcipuos in humana estimatione claruisse. Cumq; in stati fauoribus apud semetipsos intumescunt, sæpè mirantur taciti etiã ipsi quod sunt. Videri quotidie semetipsis aliores cupiunt, ac miris inueniunt.

Inventionibus in opere excrescunt: quia sicut virtus humilitatis omne vitium enervat, sic arrogantia roborat. Cogit namq[ue] mentē inuenciscere, & contra vires valere, quia & q[ui] negat vigor valetudinis, amor imperat laudis. Vnde & falsis suis arbitros inquirunt. Si verò eorū operi testes deesse cōtingat, narrant ipsi quae gesserint. Cumq[ue] effervi fauorib[us] ceperint, sepe eis silē suis operibus, q[ui] egisse se referunt, mētendo aliquid adiungūt. S. BERN. in Cātica. Hi (hypocrita haeretici) ones sunt habitu, asu vulpes, astu & crudelitate lupi. Hi sunt q[ui] boni videri, non esse: mali nō videri, sed esse volunt. Mali sūt, & boni videri volūt, ne soli sint mali: mali videri timēt, ne parū sint mali. Etenim minus semp[er] malitia palā nocuit, nec vnquā bonus, nisi boni simulatione deceptus est.

Bern. serm. 64

III. REM. Considera quis propriē dicatur Hypocrita. S. BAS. in homilia de ieiunio. Hypocrita, inquit, dicitur histrio, qui in theatro personā sustinet alienā: sepe heri, cum sit seruus: aut regis, cū sit priuatus. Itidē in hac vita pleriq[ue] vitā suā velut ē proscenio ad ostentationē componunt, aliud in corde gerentes, aliud in specie hominum oculis praeseferētes. Et AVE. in sermonē Domini in monte. Sunt hypocrita simulators, tanquā p[ro]nunciatores alienarū personarū, sicut in theatricis fabulis, &c. sic in omni vita humana, quisquis se vult videri quod nō est, hypocrita est. Simulat. n. iustum, & nō exhibet, quia totum fructum in laude hominū ponit: quā possunt etiā simulantes percipere, dum fallunt eos quib[us] videntur boni. ab eis q[ui] laudantur.

Bas. hom. 1.

Aug. lib. 2. c. 3.

Hieron. in c. 27.

Matth.

Sed tales ab inspectore cordis Deo mercedē non capiunt, nisi fallaciae supplicium. rectissimeq[ue] his dicitur. Reddite à me operarij dolosi: nomen enim meum habuistis, sed opera mea non fecistis. GREG. NAZIANZ. comparat hypocritam meretrici, quae sit, cum natua pulcritudine destituta est, ad colores, pigmenta & fucos cōfugere solet: ita hypocrita cum specie solida perfecta q[uae] virtutis careat, adumbrationem quandam pietatis externā simulat, qua eorum oculos retinet, qui adumbrata virtutis simulatione capiuntur. Hinc colligit B. Hieronymus agens cōtra Pelagianos, quamuis aliis vitis carere possimus, hypocriticos tamen maculam habere non posse, aut paucorum esse aut nullorum; nam qui vult se videri quod non est, hypocrita est.

Greg. orat. sū-
nebrī Patris.

Hieron. lib. 2.

Aug. serm. 59.
de temp.

IV. REMED. Considera, quam laudata sit in scripturis, & S. Patribus virtus cōtraria hypocrisis, nempe simplicitas, qua is simplex dicitur; qui est omnis simulationis, fictionis & doli expers, qui non cogitat malum, nec suspicatur de aliis, qui malū malo nō repēdit, qui loquitur & agit sicut sentit. Ab hac. n. in primis in diuinis literis laudatur Iob, Deo dicēte ad Satā. Numquid considerasti seruū meū Iob q[ui] non sit ei similis in terra, vir simplex & rectus? Et Patriarcha Iacob. Iacob autē, inq[ui], vir simplex habebat in tabernacu- Et in psalmis, dicitur regno cōlorū dign[us]. nā Dauid cū dixisset. Domi- ne quis habitabit in tabernaculo tuo subiecit. Qui loquitur veritatē in corde suo: q[ui] nō egi doli in lingua sua: nec fecit pximo suo malū: q[ui] iurat pximo suo & nō decipit, &c. Et Nathanael, quo cōspecto Christ[us] dixit. Ecce verē Israelita, in quo dolus nō est. Imō Christ[us] ipse, de quo B. Petrus. Qui peccatū nō fecit, nec inuictus est dolus more eius; q[ui] cū malediceretur nō maledicebat. Deinde hanc cōmendat Christus

Iob. 1. 3.

Gen. 25. 27.

Psal. 14. 2.

Ioan. 1. 47.

1. Pet. 2. 21.

Matth. 10. 107.

1. Cor. 14.
1. Pet. 2.2.
Apostolis, dicens. *Estote simplices, sicut columbae.* Paulus Corinthiis. *Mali-
tiam parvuli estote.* Petrus electis aduenis. *Deponeotes, inquit, omnem malitiam, et
omnem dolum et simulationes, et c. sicut modo geniti infantes, rationabiles, sine dolo*
- Prou. 3. 31. 10. 28.
lac concupiscite. Comendauit & ante illos Salomon. *Cum simplicibus, inquit,
sermocinatio eius. id est, Dei. Voluntas eius in his qui simpliciter ambulant. Qui
ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Qui ambulat simpliciter, saluus erit. Tercio
commendat simplicitatem S. Patres, vt AVGVSTINVS in libro 83.*
- Aug. 95.
quæstionum. *Sicut prope summa et diuina virtus est, inquit, neminem decipere, sic
vltimum vitium est, quemlibet decipere.* Et AMBROSIVS libro secundo of-
ficio-
Amb. c. 22. & 24.
ficio-
rum. *Quinetiam verborum ipsorum, et preceptorum esse mensuram conuenit, ne
aut nimia remisso, videatur, aut nimia seueritas. Plerique enim remissores malum
esse, vt videantur boni. Sed nihil simulatum et fictum vere virtutis esse certum est,
quinetiam et diuturnum esse non solet. In principio vernat, in processu tanquam flosculus
dissipatur et soluitur: quod autem verum ac sincerum, alta radice fundatur. Et infra:
Ergo bonis artibus, et sincero proposito nitendum ad honorem arbitror, maxime Ecce-
lesiasticum. Ad omnia abundat animi directa simplicitas, satisque se ipsa commendat. Et*
- Hier. ep. 13.
Hieronymus ad Paulinum, de institutione monachi. *Habero simplici-
tatem columbae, ne cuiquam machineris dolos, et serpentis astutiam, ne aliorum sup-
planteris insidiis. Nam multum distat in vitio, vel decipere posse, vel decipi Christia-
num.* Et libro 7. in Isaiam, sub finem. *Si castum esse me simulo, et aliud est in
conscientia mea: habeo non gloriam mercenarij, sed supplicia peccatoris. Et in compara-
tione duorum malorum, leuius malum est, aperte peccare, quam simulare et fingere
sanctitatem.* Denique CHRYSOST. in Acta Apostolorum. *Quis non ob-
spesceret, quis non admiraretur hominem moribus simplicem, vel quis non iungeret se
ei, qui subdolos non est? aut quorum aliorum est salus, quorum præter hos eximia illa
felicitas? Nonne Pastoribus intio Euangelium prædicatum est? nonne Ioseph sim-
plex homo erat, adeo vt nec per adulterij suspicionem perterreretur, quo peccato perpe-
trando consentiret? Nonne agrestes fuci expertes elegit (in Apostolos?) Anima
enim, inquit, benedicta omnis simplex. Et iterum. *Qui ambulat simpliciter, ambulat
confidenter. Dicit ali quis. Nonne et prudentis opus est? At quid aliud est simplici-
tas, quam prudentia? Quando enim nihil suspicaris mali, neque moliris malum, quan-
do nihil fers molestè, neque vindictam meditari poteris. Via quadam est ad Philosophiam
simplicitas. Et paulo post. *Quid igitur, si in malos inciderit viros tales? Deus, qui
præcepit esse simplices, porriget manum, quid simplicitus erat Davide? quid Saule ma-
lignus? Vter igitur superauit? quid Iosephus? nonne simpliciter appellabat herem.
illa cum contra callidè? et quid queso detrimenti inde passus est? Quid Abele fuit
apertius? Quid Caino maleficientius? Item Iosephus nonne citra fucum agebat cum
fratribus? nonne propter hoc probatus fuit, eo quod ipse quidem omnia absque suspi-
catione loquebatur, illi autem malitiosè insidiabantur? et poterat Deus permittere
illum non incidere in illos, sed permiste, vt ostenderetur miraculum, quod illi quidem quod
poterant, conarentur, ille tamen vicit.***

V. REMED. Considera exempla eorum, quibus pessimè cessit hypocrisis, vel simulatio. Primum est AMBR OSII de Absolone, *Absolon*, inquit, erat Dauidis regis filius, decore insignis, egregius forma, præstans iuuenta: ita ut vir talis in Israhel non reperiretur, à vestigio pedis vsq; ad verticè immaculatus. Is fecit sibi currus & equos, & viros quinquaginta, qui præcurrerent ante eum. Surgēbat diluculo, & stabat ante portā in via: & si quem aduertisset regis iulicia quærentem, accedebat ad eum, dicens: Ex qua ciuitate es tu? respondit ille, ex vna tribu sum de tribubus Israhel, seruus tuus. Referebat Absolon. Verba tua bona sunt & directa, & qui te audiat non est tibi datus à rege. Quis constituet me iudicē? Et quisquis ad me veniet, cuiuscunq; fuerit iudicium necessariū iustificabo illum. Talibus delinibat singulos sermonibus. Et cum accederent adorare eum extendens manus suas, apprehendebat, atq; osculabatur eos. Sic conuertit in se corda omnium, dum blanditiæ huiusmodi intimo tanguent viscerū sensum. Sed delicati isti & ambitiosi elegerunt honorabilia & grata ad tempus & iucunda: vbi autē parua processit dilatio, &c. non potuerunt tolerare ac sustinere, &c. Liquet igitur ea esse perpetua ac solida, quæ vera sunt, & quæ sincerè potius, quam dolo congregantur. Ea verò quæ simulatione atq; assentatione parta sunt, nō posse diu perseverare: ALTERVM est eiusdem de Gabaonitis. Vbiq; honestatis præponderat consideratio, quæ dolum excludit, fraudem eiicit. Vnde rectè generalem Dauid Propheta prompsit sententiam, dicens. Nec fecit proximo suo malum. Non solum itaq; in contractibus, sed etiam generaliter in omnibus dolus abesse debet, aperienda simplicitas, inti manda veritas est. Veterem autem istam de dolo non Iuris peritorum formulam, sed patriarcharum sententiam scriptura diuina euidenter expressit in libro testamenti veteris, qui Iesu Naue inscribitur. Nam cum exisset fama per populos siccatum esse mare in Hebræorū transitu, &c. corruisse muros Iericho, &c. Gabaonitæ motuētes validam manum venerunt cum versutia simulantes se de terra longinqua esse, diuq; peregrinatos dirupisse calciamenta, detruisse amictus vestium, quare veterascitium iudicia monstrarunt. Causam autē tanti laboris, omerendæ pacis & ineundæ cum Hebræis esse amicitia cupiditatem, & cœperunt ab Iesu Naue postere, secum firmaret societatem. Et quia adhuc erat ignarus locorum, atq; incolarum inscius, non cognouit fraudes eorum, neque Dominum interrogauit, sed cito credidit. Adeo sancta erat illis temporibus fides, ut fallere aliquos posse non crederetur, &c. Hoc est, innocentem esse, ignorare quod noceat: & si circumferibitur ab aliquo, de omnibus tamen bene iudicat, qui fidem esse in omnibus arbitratur. Hac igitur mentis sua deuotione inclinatus vt crederet, testamentum disposuit, pacem dedit, confirmauit societatem. Sed vbi in terras eorū ventum est, deprehensa fraude, quod cum essent finitimi aduenas se esse simulauerant, circumscriptū se populus patrū indignari cœpit. Iesus tamen pacem quam dederat reuocandā non censuit, quia firmata erat Sacramenti religione: ne dum alienā perfidiam arguit, suam fidem solueret. Multauit tamen eos vilioris obsequio ministerij. Clementior sententiā, sed diuturnior. Manet enim officis pœna veteris astutia hereditario in hunc diem ministerio deputata, TERTIUM est eiusdem de Anania & Sapphi-

Amb. 2. offic. c. 22.

2. Reg. 15.

Id. 1. offic. c. 10.

Psal. 143.

Iof. 3. 4. 9.

Simplicitas.

R Sapphi-

Aca. 57.

Sapphira. Regula, inquit, iustitia manifesta est, quod à vero declinare virum non deceat bonum, nec damno iniusto afficere quonquam, nec doli aliquid annectere, fraudis hinc componere. Quid evidentius eo, quod Ananias, qui a fraudavit de pretio agri sui, quem ipse vendiderat, & portionem pretij tanquam summa totius numerum ante pedes posuit Apostolorum, sicut reus fraudis interit? Licet utique illi nihil offerre, & hoc sine fraude fecisset: sed quia fraudem admiscuit, non liberalitatis gratiam reportavit, sed fallacia pœnam exolvit.

Exempla tria ex historia Ecclesiastica.

Trip. lib. 9. c. 48.
S. Epiph. Cypr.
Episcopus.

PRIMUM est in historia Tripartita Cassiodori. Quidam pauperes studentes Epiphanium arte deludere, ut eis aliquid darot, cum iter ageret, unus eorum supinum se prostravit in terra, alter verò stabat quasi mortuum deslens, nec habens unde eum sepelire possit. Epiphanius autem superueniens oravit, ut sub quiete dormiret, & sepultura necessaria prœbuit, simulque consolatus est flentem dicens. Quiesce fili à lachrymis: non enim stetu resuscitari poterit. Cumque discessisset Epiphanius, cepit ille pulsare socium, ut resurgeret. Et cum hoc secundo fecisset, dicens. Surge hodie tuis laboribus epulemur: & ille penitus non sentiret, cognoscens verè mortuum, cucurrit ad Epiphanium flens & petens, ut eius socium suscitaret. At ille consolatus est eum, hortans ne ferret grauius, quod euenerat, non tamen de functum denuo suscitauit. Hoc enim credo prouidè gestum, ut ministri Dei non facile deludantur. SECUNDUM est

S. Greg. Neo-
ezl. Episc.

priori simile in vita B. GREGORII Thaumaturgi descripta à GREGORIO Nysseno de duobus pauperibus Hebræis, quorum alter se mortuum in via publica confinxerat, alter verò mortem fictè deplorans necessaria ad funus à Gregorio illac iter habente postulabat, cui pallium suum B. Gregorius ilico iniicit, & ceptum iter profecutus est. At pallii iniectio animam è iacentis corpore eiecit. TERTIUM est B. GREGORII in quarto Dialogorum.

Greg. c. 38.

Est, inquit, apud nos nunc Athanasium ex Isauria presbyter, qui in diebus suis Leonij rem terribilem narrat euenisse. Ibi namque, ut ait, quoddam monasterium Thongolaton dicitur, in quo quidam monachus magna æstimationis habebatur, bonis quippe cernebatur moribus, atque in omni actione sua compositus, sed sicut ex sine res patuit, longe aliter, quàm apparebat, fuit. Nam cum ieiunare se cum fratribus demonstraret, occultè manducare consueuerat. Quod eius vitium fratres omnino nesciebant. Sed corporis superueniente molestia à vita extrema perductus est. Quicquid iam esset in sine, fratres ad se omnes, qui monasterio ineran, congregari fecit. At illi talè, ut putabant, viro moriente, magnam quidac delectabile se ab eo audire crediderant. Quibus ipse afflictus & tremens compulsus est prodere, cui hosti traditus cogebatur exire. Nam dixit. Quando me vobiscum credebatis ieiunare, occultè comedebam: & ecce nunc ad deturandum traditus

traditus sum, qui cauda sua mea genua, pedesque colligavit, caput verò suum intra meum os mittens Spiritum meum ebibens extrahit. Quibus dictis statim defunctus est, atque ut penitendo se liberare potuisset à dracone, quem viderat, expectatus non est. Quod nimirum constat, quia ad solam utilitatem audientium viderit, qui eum hostem, cui traditus fuerat et innotuit, et non evasit.

VI. REMED. Considera exempla eorum, qui discrimen capitis adire maluerunt, quàm simulare se fecisse, quod non fecerant. Primum est nonagenarii senis Eleazari, de quo in libris Machabæorum, cui cum 2. Matth. 6. 9. quidam persuadere conarentur, secreto, ut yesceretur carnibus, quibus ei vesci licebat, ut ita simularetur manducasse, quod rex Antiochus imperauerat, de sacrificii carnibus, respondit cito, se malle mori. Non enim, inquit, *etati nostra dignum est fingere, ut multi adolescentes, arbitantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum: et ipsi propter meam simulationem, et propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, et per hoc maculam atque execrationem mea senectutis conquiram. Nam etsi in præsentis tempore supplicii hominum eripiar, sed manum omnipotentis, nec viuis, nec defunctus effugiam.* ALTERVM exemplum sit S. Anastasii Martyris, Persæ, qui cum Cæsareæ Palestinæ à Marizabana Persarum Duce post multos cruciatus, per certum hominem rogatus esset, ut verbo saltem vnico suam religionem inficiaretur: (quid enim, inquit, ea ex re detrimenti capies, cum cor non simul loquatur?) eum à carcere & supplicii solutum iri. Illico Anastasius post suas preces respondit. Neque tu me, neque vllus alius impulerit me, ut hoc faciam: non ò rex & Deus, ne specie quidem tuum nomen, neque in somnis, aut vlllo alio modo videris negantem. Vnde & in Persidem auctus est, & martyrii corona ibidem ornatus. In Surio. 11. Ianuar.

VII. REMED. Considera vitium hypocrifeos hoc magis tibi esse execrandum & fugiendum, quo hominem similiorem reddit diabolo. Prima enim in scripturis sanctis proprietas diaboli est, quod cum ipse sit Spiritus tenebrarum teterrimus, tamen ad fallendos homines transfiguret 1. Cor. 11. 14. se in Angelum lucis: non secus hypocritæ, cum ipsi intus & in cute pleni sint immunditia & iniquitate, tamen secundum externam speciem venditant se tanquam probos & sanctos. Altera proprietas est, quod sit mendax, imò pater, & auctor, mendacij, sic prorsus, ut dum mentitur ex propriis Ioan. 8. 44. loquatur. Ita enim disertè testatur Christus apud Ioannem. Vnde B. Au. Aug. lib. 3. c. 7. 1. 4. c. 31. gustinus in libris de ciuitate Dei scribit eos ad decipiendum nos semper esse vigilantissimos, imò miris modis fallacia delectari. Haud secus scribæ & Pharisæi, quos CHRISTVS toties vocat hypocritas, simulatione sua nihil aliud faciebant reipsa, quam quod mentirentur, & conarentur per fraudem capere in sermone Dominum. Quare & in eodem Matth. 23. 15. sermone apud Ioannem, vbi diabolum patrem mendacii appellauit Ioan. 8. 44.

R 2 apertè

Matth. 23. 33.

apertè eis obiecit. *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.* Ac certe apud Matthæum iisdem, multis alioquin sceleribus coopertis, non solam hypocrisin cum tot maledictionibus exprobasset, & serpentes ac genimina viperarum nuncupasset, nisi flagitium in eis fuisset prorsus diabolicum.

2. Cor. 12. 16.

Lucæ 24.

1. Cor. 9. 22.

Act. 16. 3.

Act. 18. 18.

Aug. contra mendac. c. 12.

In Surio. 2.

Maii.

Ruffin. lib. 10. c. 7.

In Sur. 16. Mar-

tii. & Ephraim.

20m. 3.

VIII. REMED. Considera non omnes simulationes, fictiones sive imò etiam dolos semper esse vitiosos, vel mendacia, sed quosdam esse pias simulationes & pios dolos, ut fuit ille de quo Apostolus, *Cum essem astutus, dolo vos capi.* Exemplum suppetunt multa. Primum est Christi Domini, qui coram duobus discipulis euntibus in Emmaus simulavit se peregrinū, finxitque se longius ire, ut eis hospitalitatis secū exercendæ ansam præberet. 2. est B. Pauli, qui in priore Epistola ad Corinthios proficitur se infirmis infirmū, Iudæis Iudæum, gentilibus gentile, imò omnibus omnia factum, ut omnes lucrifaceret & faceret saluos. quod re ipsa præstitit, cum Timotheum curavit circumcidi, & ipse in Cenchrus palam totondit caput, ne vidèretur legē Moysis eiusque ceremonias abominari. Vnde Augustinus ad Consentium. *Quod Paulus ait. Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem, compatiendo id fecit, non mentiendo: Fuit enim quisque tanquam ille, cui vult subuenire, quando tanta misericordia subuenit, quanta sibi subueniri vellet si ipse esset in eadem miseria constitutus. Ita fit tanquam ille, non quia fallit illum, sed quia se cogitat sicut illum.* 3. exemplū est S. Athanasii. Nam, ut est in eius historia, coacto ad Tyrum Concilio cum Ariani Episcopi subornassent mulierculam quæ accusaret Athanasium, quod hospitio acceptus sibi stuprū per vim intulisset: introductus est Athanasius & vna cum eo, Timotheus presbyter, qui simulans se esse Athanasium. Egonè, inquit, mulier apud te sum diuersatus? ego te violavi? cui illa petulanter. Tu mihi vim intulisti. *Qua fraude cognita reiecta est mulieris impudentia.* 4. est B. Abrahami eremita, qui ut cognouit neptem suā Mariam, quam in omni pietate instituerat, ob lapsū in fornicationem, fuga elapsam, turpique quæstu alicubi omnibus corpus suū prostituere, abiecto amictu heremitico assumpsit militarem, nullis sumpibus laboribusque parcens donec eam inueniat. Vbi inuenit in quodam diuersorio, simulat apud hospitem se magno eius amore teneri, cœnam opiparā curat instrui, mensa illā adhibet, libere vna cum illā carnibus, à quibus quinquaginta iam annos abstinerat, yescitur, à cœna eam in intimum cubile abducit, remotisque arbitris detracto pileo è capite declarat quisnā sit. illa vbi veterem patrum & magistrum agnouit tota contremiscere & supplex ad pedes illius labi. Senex contra eam erigere, veniam spondere de lapsibus, se rationem pro ipsa redditurum in die iudicii, si resipiscat. ergo ad mentem & eremum cum eo rediit, tantasque de se reliquo vitæ cursu poenas

nas exegit, vt etiam miraculis claruerit, & in cœlitum numerum relata sit.

VIDE V. *Adulatio. Amor sui. Immortificatio passionum. Inconstantia. Lingua abusus. Mendacium. Timor humanus.*



I

ILLVSIONES SPIRITVALES.

Remedia pro illis discernendis à diuinis inspirationibus.

PRIMUM Remedium est ex parte materiæ inspiratæ. Considera, an visiones, reuelationes, & quicquid tibi inspiratur, sit consentaneum diuinis litteris, traditioni, communi doctrinæ Ecclesiæ Romanæ, & rectæ rationi. nam si non fuerit, certo scire debes non esse inspirationem diuinam, sed illusionem dæmonis. Vnde Christus Saluator omnes tentationes sibi à dæmone in deserto factas, quia non congruebant cum diuinis litteris, testimoniis earundum repressit. Math. 4.

II. REMED. ex parte eorum, qui discernere possunt adulterinas inspirationes, à veris & salutaribus, vt ordinariè sunt viri doctrina & pietate præstantes. Quales consules, quoties ambigis de inspiratione diuinanè sit an diabolica. Docet enim D. Paulus. *Omnia probate, quod bonum est tenete.* & S. Ioannes. *Nolite omni Spiritui credere; sed probate Spiritus si ex Deo sint.* Quod autem non quiuus simplex laicus probare possit, an Spiritus ex Deo sit, inde liquet, quod Apostolus in priore epistola ad Corinthios discretionem Spirituū numeret inter dona Dei, quæ Theologi vocant gratias gratis datas, quæ paucis dantur. Vnde & in eadem dicit. *Si quis videtur Propheeta esse, aut spiritalis, cognoscat, quæ scribo vobis. Sciat me, inquit B. Hieronymus in epistola ad Minerium & Alexandrum, illud Apostoli benè audire.* *Omnia probate, quod bonum est tenete. Et Saluatoris verba dicentis. Efforce probati numularij: vt si quis nummus adulter est, & figuram Cesaris non habet, nec signatus est moneta publica, reprobetur. Qui autem Christi faciem claro prætere lumine, in cordis nostri marisupium recondatur.* 1. Thess. 5. 21.
1. Ioan. 4. 1.
1. Cor. 12. 10.
1b. c. 14. 37.
Hier. ep. 152.